cretum bannitionis inscribens. Quo decreto bannitionis Capitanei illorum districtuum ubi bo-
na eiusdem Euedidenglaei consistit, viso tenebuntur exequutionem vigore iuris communis
super ipsa Eua Didenska successoribus, bonisque eius omnibus habitis et habendis
facere et exequi, ipsique Thorunawski aut successoribus eius bona predicte Eue
propria in possessionem tradere. Nec euasionibus prescriptionibus terminis suspensionibus
diuerticulis ac diffugiis quibusuis, Quibus omnibus dilationibus quotquot solum
sint et de iure consuetudineque obseruentur non vtendo, immo secundum successoribus omnibus
iuris remediis abbrenunciando. Et quod nil sibi in auxilium contra presentem inscriptionem
eiusque deffectum recipiendum sui successorumque suorum sub amissione totius cause
Tot solutionem prefati vadii et vadiorum quo vel quibus vadio et vadiis
solutis ad exequutionemque deductis vtique inscriptionem presentem et omnibus in ea contentis
satisfacere tenentur quoniam opus fuerit. A iure communi Regni statutisque et con-
stitutionibus eiusdem recedendo, iusque priuatum in se successores ac bona sua supra
omnia habitis et habendis assumendo. Tubitum et successores tubuntur. Nulla in pre-
missis omnibus prescriptionem terminorum abusu inscriptionis presentem obstante. Quod Memoriali
firmatum est.

Therlieczski tenetur alio

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Nobilis Lazarus Therlieczki
A iure terminorum recedendo foroque et iurisdictione quibusuis competentibus obmissis. Iuris-
dictioni vero Castri Premislii se vna cum successoribus et bonis suis omnibus quo
ad infrata subiicienda, sanus mente et corpore existens publice recognouit. Quod
Nobili Ilie Therlieczki et successoribus eius summam quadraginta florenorum
pecunie monete Polonie recti debiti tutum esse debitum, seque successores super bonis
suis inscribit eidem Ilie aut posteris eius huiusmodi summam pro festo Circumci-
sionis Domini proxime venturo circa acta presentia Castri Premislii dare
soluere reponere relinquere non exfidembere. Casu vero si summam
prefatam predicto tempore solutioni assignato non soluerit aut soluere negle-
xerit, sicque successores non soluerint soluereque neglexerint. Extunc predictus La-
zarus se successores suos super bonis suis inscribit, in crastino eiusdem dicti solutioni as-
signato eidem Ilie vel successoribus eius in bona sua vendit in laboriosum Gien Dani-
low Cuiethomsum Gruum in tribus quartis agri in villa Lubochow residendo cum
omnibus ad id attinendo dare et libere admittere reale in terminum nullo modo impu-
gnando, idque per Mulierem Pallatam Russie gentem quemcumque ab officio presenti
additum sub vadio simili quadraginta florenorum pecunie monete Polonie. Per ipsum
Ilie Therlieczki vel successores eius bona predicta in summa eadem quadragin-
ta florenorum pecunie ab intentione accepta cum omni iure dominio et proprietate, omnibusque
vtilitatibus agris prefatis in quibus idem Danilo subditus residet, nullis exce-
ptis ad festum Natiuitatis Domini proximum tenendum habendum possidendum. In def-

In deffectu vero protunc exemptionis, ad aliud simile festum Natiuitatis Domini et sic
de Anno in Annum Annis sese continue et immediate sequentibus vsque ad exemptionem et sum-
me eiusdem plenarium exsolutionem iuxta cursum terminorum non obligatorio vtifruendo.
Debebitque ipse Lazarus Therlieczki cum successoribus suis quos secum super bonis suis in-
scribit, eundem Ilie Therlieczki vel successores eius in bonis predictis expressis et oc-
casione eorundem ab omni quauis impetitione iuridica quarumuis personarum se-
xus cuiuscumque. Necnon ab inscriptionibus prescriptionibus et posterioribus factis et
faciendis tum impedientis et violentis quibusuis post data in terminum tueri
et bona munda et libera facere. Nec in ipsis bonis vi aut iure iniuriari et pos-
sessionem adimere sub vadio simili quadraginta florenorum pecunie monete Polonie.
Nihilominus predictus recognoscens se successores suos super bonis suis inscribit
et obligat, presentem inscriptionem ex actis Castri Premislii excerptam ad acta terrestria
Premislii aut decursum vnius Anni in manus predicti Creditoris et successores
eius transferre et transportare sub vadio simili quadraginta florenorum pecunie
monete Polonie. Pro quibus vadio vadiisque predictus Lazarus Therlieczki cum
successoribus suis citus. Extunc coram officio Castri Premislii obmissoforo suo proprio
et eiusdem officii Castri Premislii Iurisdictioni se vna cum bonis et successoribus quo ad
respondendum subiicienda in primo Citationis termino stare parere rudere ac per
citatis omnibus ab officio non recedendo satisfacere omnibus exceptionibus contro-
uersiis prescriptionibus suspensionibus, euasionibus, fatalibus, vera vel sim-
plici infirmitatibus actione per maiori, legalibus quibusuis impedientis di-
lationibus quibusuis vniuersis de iure et consuetudine dari solitis, iuris que remediis
se cum successoribus suis abrenunciando. Ad quietem dilationem non petendo. Poena trium
Marcarum et triplici poena vadii et vadia non euadendo. Motiones cum ap-
pellationibus nullas facienda et interponendo. Nec ad prosequendum easdem ad cit-
tandum. Nulla prescriptionem terminorum obstante. Quod Memoriali firmatum est.

Actum in Castro Premislien sabbato post festum Visitationis Gloriosissime virginis Marie proximo Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Coram Generoso Kiliano Drohoiowski a Drohoiow Capitaneatus Premislien surrogatore, ac Dobrogostio Zapolski notario actorum Castren. officioque et Actis presentibus

Prepositus Premislien et Grochowski inscribunt se sibi vnus alteri intercisam occone arendem sortem Prepositum complere.

Comparentes personaliter coram officio et Actis presentibus Castri Premislii Reuerendus Geor-
gius Fabius Dalmata, Capellanus Sacre Regie Maiestatis, et Prepositus Ecclesie Ca-
thedralis Premislii, ab vna et Nobilis Georgius Grochowski ab altera